Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



22

dictum est. & erant ualde bona. quia propt̄
hominē creata sunt. Nam antea, quasi singula
erant bona. homine aut̄, propter quem con
dita sunt, creato, iam dr̄ ualde bona. quia omā
Indecorem hominis creata sunt. homo uero
in gloriam & laudem conditoris sui factus est.
Cap. 2. v. 1. Igitur pfecti sunt caeli & terrae & omnis orna
tus eorū. Bene pluralit̄ caeli ponuntur, quia
secundū auctoritatem scripturarū tres. ee.
conprobantur, primū uidelicet aeriū. a quo
aues caeli nominantur. Secundum etheriū
uel sideriū. ubi luminaria continentur.
tertium spiritale quod propriū est ange
lorū. de quo paulus apl̄s ait, Scio hominē
raptū usq; ad tertiū cęlum. Unde post pauca
subdidit raptū in paradisum. quod enim
p̄misit tertiū caelū. hoc iterū iterauit cū ait.
in paradisū. Sed sciendū est, quia ornatus cęli
spiritalis. sunt angeli. archangeli. throni. & cetr.
Ornatus uero & heri cęli. sol. & luna. & stellae.
Ornatus aut̄ aerei cęli. nub, uenti, pluuiae, uola
tilia diuersi generis, Terrae namque orna
tus in aere, iuga montiū, subducta ualliū, tensa